



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi
Societatis Iesv**

Cepari, Virgilio

Antverpiæ, 1630

Omnes demissè honorat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-46083)

exinanitas oleo ellychnioque instruere; fungos & amurcam extergere, diebus feriatis aut prius mundare quam ad vineam egredi, aut citius domum ad concinnandas reuerti. Ac veritus ne hoc quisquam munus (quantò quidem in speciem vilius, tantò apud Deum honorificentius) inuideret sibi, Rectorem summissè exorauit, eam sibi prouinciam diuitiis confirmaret, etiam si per hiemem in commodissimè ab eo administraretur, cuius nempe iam manus, digitique nimio frigoris appulsi tumefacti atque ambusti, miseracionem intuentibus commouebant. Et inerat carni eius tanta mollitudo, ut non aures modò, sed & vultus totius cutem Boreales ei aure adusserint. Quo viso, Sacerdos aliquis ratus id voluntariâ aliquâ Ioannis asperitate procuratum, Nimium, inquit, mi frater, in temet asper ac durus es. Cui contrâ Ioannes, Falleris, ait, mi Pater; sed ut ita esse faciamus, facti certè me non puderet, cum inter Reliosos id genus afflictiones asperitatesque pudori esse non possint. Omnibus perpetuò & omnes de-
loci & meliorum rerum decus honoremque missè ho-
deferebat, studebatque seu statu, seu sessu, seu norat.
incestu, decadere semper vnicuique, non mi-
nore obseruantiae significatione, quam si sin-
guli maiores eo fuissent. quod scriptis hisce
verbis expressit: Geram me cum fratribus meis

K omni-

omnibus, ut seruum decet & vile mancipium.

Hinc multis collegarum contubernalium-
que subortus repente per ora rubor, cum coli-
se honore tanto ab eo aspicerent, cuius obser-
uantiam non tam aulicâ vrbanitate expre-
sam, quam Religiosæ demissionis profectam
studio intelligebant. Ille verò etsi esset in om-
nibus honorandis prolixus, numquam tamen
per excessum effusus, quemquam, præter Sa-
cerdotes, aut Patris aut Reuerentiæ titulo ap-
pellauit, sed Fratris, aut Magistri, si discipli-
nas profiterentur. Abstinebat verò huiusmo-
di laudationum officijs, quibus gratulari ami-
cis promiscuè solemus aut examine feliciter
superato, aut disputatione subtiliter susceptâ,
aut oratione facundè peroratâ, alijsque id ge-
nus formulis vrbanitatum. Si quidem aiebat,
vel omnibus ita gratulandum erit, vel solum
modò quibusdam. Si omnibus, quis tum non
peccet frequenter adulatio?: si tantum qui-
busdam, tum ceteri offendantur necesse est,
quasi præteriti per factionem.

Omnes prior semper aperiendo capite sa-
lutabat: quod tam procul omni simulatae vr-
banitatis suspicione faciebat, ut ex vero bene-
uolentiæ modestiæque sensu prodire, omnes
sentirent. Illud denique dicendum supereft,
quam deditus fuerit pietati, quamque auditus
orationis. Ac quidem res omnis absolui hoc
verbo

verbo possit , si ritè & in tempore facta à Ioanne fuisse omnia dixero quæ Religionis erant ; sed distinctius aliquantò ad nonnulla descendendum est.

Ioannes igitur , quæcumq; ad Religionem *De eius studio spi- ritualium rerum.* spiritumque salutaria existimabat , siue visa abs se essent, seu audita, seu lecta, in maximis ducebatur bonis: ratus, naturæ scientiarumque ornamenta in homine spiritum non habente, instar nudi gladij esse , in manu hominis furiosi, neque paulò putabat utiliorem Religiose familiæ virum spiritu feruentem , et si minus à litteris ingenioque instructum.

Ter quothebdomadis in tergum suum verberibus animaduertebat , aut plurimum quater. Solemnieribus prætereà Festis cilicio corpus exasperabat, sed rariùs, cùm id ei ob inualetudinem effet interdictum.

Extra statam Societati Feriæ sextæ inediām , alterum perpetuò iejunium honori beatæ Virginis , Sabbatinis omnibus diebus adhibebat: quo constat , nihil supra pœnarum asperitatumque modum ab eo fuisse suscepimus.

In obuia quaque re corporis sui vexandi afflictandiisque ansas conquirebat , sedens fletensve nullo vñquam fulcro nitebatur.

Dimidiam quotidie horam piorum libro- *Tempus le- gendis li- bris sacriss.* rum lectioni tribuebat; ne momento quidem

K 2 vesper-